

*SO.* gnate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam, quam tu 1060  
facile ames,

filiam Phanocratae nostri. *CL.* rufamne illam virginem,  
caesiam, sparso ore, adunco naso? non possum, pater.

*CH.* heia ut elegans est! credas animum ibi esse. *SO.*  
aliam dabo.

20 *CL.* immo, quandoquidem ducendast, egomet habeo prope-  
modum

quam volo. *CH.* nunc laudo, gnate. *CL.* Archonidi huius 1065  
filiam.

*SO.* perplacet. *CL.* pater, hoc nunc restat. *CH.* quid?

*CL.* Syro ignoscas volo  
quae meâ causa fecit. *CH.* fiat. *CANTOR.* vos valetate et  
plaudite!